 viter trado, tum quibus
 accentibus & spiritibus af-
 ficiantur in ipsa oratione.

TRACTATUS
 secundus.

De Syntaxi, Quantitate,
 Accentibus & Spi-
 ritibus.

CAPUT I.

De Syntaxi.

¶ Quam tradis Syntaxim?

Hanc trado constructio-
 nem græcam sive Synta-
 xim, quæ sufficiat ad com-
 positionem græcam illam
 vulgarem, sive in scholis

solitam, quæ certè mul-
 tum conducit ad vocabula
 la græca ediscenda, ac pa-
 riter ad explicatione græci
 sermonis: aliam verò ele-
 gantem compositione ob-
 tineri non posse satis li-
 quet, nisi prius authori-
 bus græcis multum stu-
 dium fuerit adhibitum.

¶ Quas tradis regulas
 potiores?

Eas trado regulas in
 quas peccare solent disci-
 puli, quando græcè com-
 ponuntur, nec multas ac-
 cumulo, ut cum melius
 pauca tenentur, melius
 quoque observentur.

Hinc certè perveritas
 illa confusissima in themati-
 bus græcis, ut vocant, vel
 quod statim non sint regula
 quibus standum sit, vel
 quod nimia statim tradan-
 tur rudioribus: quapropter
 res contrahenda est: ac or-
 dine ponenda. Non est quod
 omnia statim observentur dis-
 cipuli, sed quæ faciliores
 sunt atque ad latinitatem
 propius accedunt: sic enim
 ab his quæ jam nota sunt
 ad alia nondum nota faci-

le devenient. Quod si regulas omnes constructionis græca non observent nibil inde damni est, cum ad lectionem, græcam accedent rudiatem illam cito exuent. Equidem satius est quasdam observare quam omnes pervertere; cumque de servandis regulis quibusdam constabit his adhaerebunt accuratius & sedulius respicientur à Præceptoribus, qui certè nequeunt vel modicum thema græcum emendare, cum multum temporis vel unum vocabulo, ejus formationi, constructioni, accentui, spiritui & hujusmodi impendendum sit.

¶ *Da regulas illas?*

Prima est, quæ ponuntur apud Latinos in nominativo genit. dat. acc. & vocativo poni similiter possunt apud Græcos, servatis sequentibus.

¶ *Da secundam?*

Secunda, quando ponitur latine accusativus cum præpositione in; poni etiam potest accusativus

græcè, non verò cum præpositione græca ἐν, sed ἐν, vel ἐξ rarius: nam ἐν regit semper dativum, nec motum significat.

¶ *Da tertiam?*

Tertia, quando ponitur latinus ablativus cum præpositione in, debes græcè dativum ponere cum præpositione ἐν. Præpositio cum & suus ablativus effertur per dativum cum præpositione græca σὺν, non per genitivum.

¶ *Da quartam?*

Quarta, aliæ propositiones latinæ cum suis ablativis effertur convenienter per genitivum græcum cum præpositionibus ejusdem significationis.

¶ *Da quintam?*

Quinta, præpositiones aliæ quæ apud Latinos regunt accusativum, effertur græcè cum eodem casu.

¶ *Da sextam?*

Sexta, nominativus pluralis neuter vult jungi verbo singularis numeri, ut πᾶν τὰ, ἑστὶν omni est, pro omnia sunt.

¶ *Da septimam?*

Septima, pronomina possessiva effertur per genitivum pronominis primitivi, ut πατὴρ, ἡμῶν pater nostrum, nostri pro noster.

¶ *Da octavam?*

Octava, nomen instrumenti, mensuræ, speciei & spatii, loci vel temporis, modi & excessus, quando latine ponitur in ablativo; græcè ponitur in dativo; si in accusativo latine sit cum præpos. vel sine præpos. sic & græcè, & in genit. cum verbo εἶπαι.

¶ *Da nonam?*

Nona, quæstio ubi non effertur per genitivum, sed ubique per dativum cum præpos. ἐν, vel addendo illas particulas σι, θι, χου & χη, ut ἐπάροθι in cælo, &c. quæstio quo effertur per acc. cum præpos. vel additis particulis δε, σι, aut ζε, ut ἐπάροθι inserto γ ante δ ἐπάροθι, &c. ad cælum. Quæstio unde effertur per genit. cum præpos. ἐν vel ἐξ, vel addito in fine alicujus casus sublati consonâ ul-

timâ θε aut θεῶν, quæstio qua effertur per genit. cum præpos. διὰ aut acc.

¶ *Da decimam?*

Decima, gerundia effertur per infinitum græcum addito articulo, sic πρὸς τὸ φιλεῖν, ad amandum τὸ φιλεῖν amandi, τῷ φιλεῖν amando.

¶ *Da undecimam?*

Undecima, duo infinitivi consequenter positi sic effertur per participium, possum dicere te venire, δύναιμι σε λαχῆν, ἐλθόντᾶ, hoc est possum te dicere venientem; vel per ὅτι quod, possum dicere quod venis, sed elegantius per participium.

¶ *Da duodecimam?*

Duodecima, nomina & verba quæ apud Latinos regunt genit. & ablat. ut nomina & verba pretii; copiæ, egestatis, proprietatis, &c. græcè ponuntur in genitivo cum præpos. vel sine præpos.

Reliqua construi possunt velut Latina nec excipienda sunt verba sensus, quia reperiuntur etiam cum acc.

¶ *Quomodo componendum ex his qua tradita sunt in hac prima parte?*

Revocanda sunt breviter in mentem ea quæ ad nomen & ad verbum spectant, necnon ad constructionem eorum jam traditam: reliquæ verò partes orationis parum difficultatis facessunt, atque ut repetuntur vel in dictionario, vel in grammatica, sic scribuntur. Cum autem reperis nomen desumes ex ipso dictionario genus si e articulum & genitivum, qui si desinat in *os* purum, vel in *os* communiter arguet nomen contractum. Postea recurre ad nomina ejusdem terminationis, ut sunt in hoc libello & pariter flectes. Quod si casum quemdam invenias dubium ut vocativum in *ov*, vel *ov*, usurpa utrumque: non enim traditur unquam de his certa regula, quidquid conentur grammatici. De verbis stat dictum est.

CAPUT II.

De Quantitate græca.

¶ *Quâ ratione tracta quantitates?*

Eandem in eo rationem in quantitate quam in syntaxi, pauca scilicet prælibare juvat, præsertim cum difficilior sit carmina condere.

¶ *Da potiores regulas?*

Prima, carmina græca eodem modo construuntur ac latina, nam latini auctores & Poëtæ totam dicendi, & fingendi rationem à græcis accepere. Hexametra constant sex pedibus. Pentametra quinque, & sic de aliis.

¶ *Da secundam?*

Secunda, positio fit apud Græcos, ut apud Latinos, ac insuper cum dictio desinat in vocalem brevem & subsequens incipit à duplici consona brevis præcedens longatur.

¶ *Da tertiam?*

Tertia ante mutam & liquidam vocalis est quæque anceps, ac insuper ante *η*, *μν*, *π* & *ρ* etiam si fuerint

fuerint tantum initio sequentis dictionis.

¶ *Da quartam?*

Quarta, vocalis ante aliam in eadem dictione non brevatur, neque diphthongus ante vocalem, nec in fine dictionis eliditur vocalis, aut *μ*, cum dictio subsequens incipit ab alia vocali: hæ regulæ non valent apud Græcos; sed quælibet vocalis servat suam quantitatem communiter, nam licenter multa certè mutantur, nec eliditur vocalis: sed aufertur per apostrophen, quando sic Poëtæ visum est.

¶ *Da quintam?*

Quinta, derivata retinent quantitatem primitivi, ut plurimum, ut apud Latinos, & in verbis compositis si prima pars compositionis desinat in *ι*, vel *ε*, brevatur.

¶ *Da sextam?*

Sexta, longæ semper sunt *η* & *ω*, & omnes diphthongi. Breves semper sunt *ε* & *ο*: *α* & *ι* in pluribus sunt breves, in pauciori-

bus longæ, *α* præsertim, vè contra in pluribus longatur, & in paucioribus corripitur. Nec affero singula vocabula in quibus ancipites, aut producuntur, aut corripuntur, licet Scholastici quandam illarum malè collocent non in multum damnum incurrant, hanc enim poënt scientes & exercitationis causa: quod si lepida carmina construere vellent ante assiduam lectionem, amens certè consilium esset.

¶ *Sconde carmen aliud quod græcum?*

Ex emenso vel uno disticho D. Gregorii Nazianzeni plura colligere dabitur.

Θυμὲ βρέξαν ἄνω, χθονίον
ἀπειλήθεο πάντων
Μὴ δὲ σὲ νικήσῃ πρὸς κακότητι δέμας.

Anime aspice sursum, terrenorum obliviscere omnium.

Ne verò te vincat in malitiam corpus.

Sic autem metitur hoc distichon.

CAPUT IV.
De Spiritibus.

¶ *Quomodo notantur spiritus?*

Spiritus lenis sic notatur, asper sic, nullus notatur nisi in principio dictionis à vocali aut diphthongo inceptæ, vel à consona *p*, & tunc asper est; quod si *p* geminetur in media dictione, habet utrum-

que spiritum, priore loco lenem, secundo, asperum dictiones verò quæ incipiunt ab *v* habent spiritum asperum, sicut quæ incipiunt ab *æ*: articulus uterque habet spiritum asperum: lenis tamen plures sibi vindicat dictiones, demum in compositione notantur, ut inveniuntur lexicis, augmentum verborum habet spiritum lenem communiter.



BREVIS

GRAMMATICÆ
PARS SECUNDA

DE EXPLICATIONE GRÆCÆ.

TRACTATUS PRIMUS

De Explicatione Græcæ Linguae, sive communis sit, sive dialectus.

CAPUT I.
De Explicatione Græcæ
linguæ, quæ communis dicitur.

¶ *Quomodo possum facile explicare linguam communem græcam?*

Facile explicabis si hæc observes. Primò, & semper revolve tecum octo orationis partes, articulū, pronomē, præpositionem,

adverbium, conjunctionem, nomen, participium, & verbum, & dic tecum, quidquid occurrit in lectione græca unum erit ex his octo, his enim tantum necessario constat omnis oratio vel locutio: dein expende singula vocabula vel dictiunculas omnes, nec ullam negligas, & quære vel à te vel à socio, an hæc dictio sit articu-

lus? An pronomen? An adverbium, &c.

Atque ideo totâ primâ parte hujus Grammaticæ de octo his partibus orationis sic actum est, ut quodlibet caput cuiuslibet parti respondeat, ac omnia sint accommodata explicationi de qua nunc agitur. Quapropter brevissimus hic erit tractatus.

¶ *Quomodo possum partes illas orationis alias ab aliis dignoscere?*

Perfacile tibi erit hoc discrimen, cum statim sex orationis partes absque difficultate dignoscere possis, nempe articulos, præpositiones, pronomina; adverbia & conjunctiones; participium inseritur verbo, & declinatur ut nomē, & sic tota difficultas sita est, & quasi contracta in nomine & verbo, nec certè nomen difficulter dignoscitur; unum restat difficilium, nempe verbum.

¶ *Quomodo dignoscitur facile articulus?*

Nullus certè labor est in dignoscendis articulis: sunt enim duo tantum, ὁ, ὅ, τὸ, &c. hic, hæc, hoc, &c. ὁ, ἡ, ὃ, qui, quæ, quod, iste aliquando componitur ex nomine infinito τῆς, τῶν, & fit ὅσις, sic ut in compositione utraque pars separatim quasi flectatur, sic ὅσις, ὅτινος, &c. ut superius, antiqui etiam solebant distinguere virgulis hæc duo, sic ὁς, τῆς, & τῶν, &c. alter articulus assumit sæpè particulas δὲ, &c. ut ὁ δὲ, ὁ γὰρ, &c. ὅς etiam particulam πρὸς, ut πρὸς qui, & sic alia.

¶ *Quomodo dignoscitur præpositio?*

Præpositiones quoque singulas ultrò patere vides cum perpaucae sint, nempe decem & octo, quarum indicem construe statim potes, & quas in prima parte invenies.

¶ *Quomodo dignoscitur pronomen?*

Hoc quoque paucum est, sunt enim tantum viginti circiter pronomina, quæ tu facile repetes et

primâ parte Grammaticæ; assumunt sæpe particulas ista γὰρ, &c. ut ἐγγύς.

¶ *Quomodo dignoscuntur conjunctiones vel particula expletiva?*

Conjunctiones quoque & particula expletivæ perpaucae sunt si primariæ spectentur, sed aliæ multæ ex his fiunt: ut ergo tibi sit promptum earum discrimen, confice indicem earum quæ primariæ sunt: deinde quasdam & cōmuniores ex eis quæ sunt cōpositæ observabis, ex quibus reliquas ultro colliges.

¶ *Quomodo dignoscuntur adverbia?*

Adverbia cognosces, si observes alia esse quæ certam terminationē non habent, sed quædam in α desinunt, quædam in ι, quædam in εν, quædam in ν, &c. alia verò quæ certam terminationē habent, nempe in ον, vel ὄς. Prima igitur adverbia quæ pauca sunt ordine ponas, ac edificas, vel apud te habeas: quæ verò certam habent

terminationem generatim tene, ut ex desinentia prodantur: incœptū indicem adverbiorum accipe, tu suffice reliqua propriamarte, ut aiunt, πολλὰς sæpe, ἀγὰρ nimis, γὰρ heri, &c.

¶ *Quomodo dignoscitur participium?*

Participium prodit terminatio, & ad verbum pertinet, exempli gratiâ, τὸ πρῶτον participium passivum est præsentis verbi πῶ: nam habet terminationem αμενος, cujus flexum in ipso verbo statim habes.

¶ *Quid ex his colligendum est?*

Collige ex supradictis nullum fore laborem in dignoscendis partibus illis sive dictionibus, quas singulatim, vel in mente, vel in parato indice tenebis, nec te certè gravabit parâdi labor: cum totum hoc habueris in nostro indice vel radicibus, his autem cognitis, multum habes ex græca lectione, ac nomini tantum & verbo præsertim restat incumbendum.

¶ Quâ methodo dignoscant nomina?

Primo, articulus præcedit nomen sæpissimè, & tunc scias non solû nomen sed ejus casum articulo similem genere & numero subsequi : articulus ergo prodit nomen, quod si teparentur : scias tamen non longè abesse nomen illud vel certè subintelligi in eodem genere, casu, ac numero, quo cernitur articulus. Secundo, præpositio quoque ostendit & prodit nomen ac ejus casum : non enim præmittitur præpositio quin nomen subsequatur, nisi ponatur adverbialiter, aut regat verbum quasi nomen, aut ipsi nomini subjiciatur, quod rarò fit. Quapropter cum jam tibi sit notus articulus & nota præpositio, hæc duo te ducent in cognitionem nominis. Tertio, verbum etiam cum ante nomen, in explicatione cognoscetur, & vice versa. Quarto, idem dicas de nomine adjectivo, quod innuit certè suum substan-

tivum & è converso.

¶ Quid aliud prodit nomina?

Terminatio præsertim cujusque casus, vel gradus comparationis designabit nomen, aut ejus nominativum, vel positivum.

¶ Da exemplum?

Occurrit v.g. vocabulum *καμαδος* sine articulo, tûc si teneas terminationes omnes, aut eas saltem quæ sæpius incidunt, deprehende in hoc vocabulo *ακος* esse terminationē alicujus nominis : quod si velles pro terminatione assumere *ακος* nullam invenies hujusmodi in ulla declinatione vel conjugatione, si assumes *κος* aut *μακος* nulla adhuc hujusmodi in nominibus, in quibus terminationes omnes incipiunt vocali aut diphthongo, se nec in verbis ulla est, patet ex tabula terminativum. At si *ος* tantum legetur terminatio quidem erit nominis in *ος* substantivi aut adjectivi, ac nominativi singularis vel accusativi, aut vocativi in neutro nominis

nomine. Ergo si terminatio *ακος* sumatur, genitivus erit nominativi in *αξ*, inde fit enim genitivus *ακος*, ut docuimus in prima parte, ac fiet *καμαξ*, vel si sumatur terminatio *ος*, fiet nomen *καμακος*, quod nullum lexicon, nec ulla memoria tibi sufficiet, vel si sufficeret quæreres etiam *καμαξ*, quod fœmininum est, sonatque idem ac peritica, & tunc expenderes quid aptius sensui videretur quod retinebis, reliqua missa facies : quod si utrumque conveniat, duples dari sensus poterit, quod sæpissimè contingit explicâibus quælibet idiomata. Hoc diligenter etiam in verbis observandû est, nec non in dictionibus aliis difficultioribus de quibus dubitatur?

¶ Quomodonam casus omnes revocantur ad nominativum?

Sic omnes casus revocantur ad nominativum, convertendo scilicet ordinem seu methodum, quâ inter declinandum usi su-

mus in prima parte: sic autem declinatur nomen quodlibet, nominativus definit in *αξ* v.g. & habet genit. in *ακος*, dat. in *ακι*, acc. in *ακα*, voc. in *αξ*. Dual. *ακς*, *ακιν*. plur. *ακς*, *ακον*, *αξς*, *ακας*, *ακες*. Nunc verò convertendus est tantum ordo & dicendum genitivus *ακος*, dativus *ακι*, &c. innuit nominativum in *αξ* & sic de reliquis : *ς*, *φ*, *ορ*, &c. innuit nom. in *ος*, contractæ terminationes sunt etiam sic obser- vandæ.

¶ Observantur-ne pariter ista in omnibus nominibus?

Observantur hæc omnia in omni nomine, & nihil umquâ immutatur in hac perquisitione aut investigatione nominativi : nisi sint heroclitica nomina, quæ singulatim addiscas quod citra laborem facies : sunt enim perpauca.

De cætero assuesce diligenter terminationibus agnoscendis & annota quæ similes sint, te multum ad hoc juvabit, si terminatio;

omnes quas primâ parte vel ω semper. satis tradidimus in peculiarî ordine ponas: ut tibi notiores fiant, & quos aut quot innuant varios casus aut tempora, quod si nobis quedam exciderint tu resarcias velim.

¶ *Qua methodo dignoscantur verba?*

Verba dignoscuntur observando quatuor illa de quibus tota prima parte actum est, nempe terminationem, figurativam, penultimam, & initium: nam ubi vides terminationes verbi & figurativas præsertim σ , ψ , aut ξ quæ sunt fut. & aorist. vel κ , χ , aut ϕ , quæ sunt præteriti, arguis facillè partem hanc orationis esse verbum, præsertim si perspicias terminationem & figurativâ convenire simul verbo, nec non initium, si fuerit opus: penultima verò difficilîus percipitur in quibusdam verbis, minimè verò in circumflexis in ω , $\epsilon\omega$, $\omega\omega$, ut patebit; est enim

¶ *Da exemplum?*

Exempli gratiâ occurrunt hæc dictio $\lambda\alpha\lambda\acute{\iota}\sigma\alpha\iota$, statim expendis terminationem quam vides esse non posse vel $\sigma\alpha\iota$ vel $\nu\sigma\alpha\iota$: nulla enim est hujusmodi, erit ergo $\alpha\iota$; tum dices, vel est nominis, vel est verbi, sed perspicis σ esse figurativam quæ sanè multis verbis convenit, ac iis omnibus quæ habent fut. in ω & penultimam esse verbi circumflexi, ut supra, cum statuis esse verbum, quæ terminatio, aorist. 1. quæ dem infinitivi, vel præteriti indicativi passivi; sed quæ non est initio cum repetitione primæ litteræ, adferis hunc esse aoristum primum infinitivi, quæ facillè deducis à verbo $\lambda\acute{\iota}\omega$ loquor: modo quomodo est an sit verbum aut nomen, quod adhuc clarè ostendimus, cum monstro thematis, investigationem tradimus.

CAPUT II. De Investigatione thematis.

¶ *Quid est investigatio thematis?*

Hæc est inquisitio præsentis indicativi alicujus verbi: hoc enim præsens activum præsertim vocatur thema: & quia potior difficultas sita est in hac perquisitione: idèò per necessariū est hæc addicere.

¶ *Da methodum aliquam quâ possint investigari & dignosci facillè verba?*

Hanc accipe methodum, quæ facillior visa est, Primò attende diligenter an dictio de qua laboras sit verbum? & hoc citra difficultatē assequeris, si jam tibi paraveris agnitionem reliquarū partium orationis, ut supra fuit explicatum: quod si dubiū adhuc supersit, statue potius tecum dictionem hanc esse verbum & perspice an ibi sit terminatio verbi, cum figurativâ aliquâ, ex ipsis præsertim σ , ψ , ξ , quæ sunt futuri, & aoristi primi in pluribus verbis, vel κ , χ , ϕ ,

quæ sunt præteriti. An sit penultima η vel ω ante σ figurativam? Etenim tunc erit verbum in ω , $\epsilon\omega$, vel $\omega\omega$, quæ sæpius occurrunt. Deum perspice an sit in initio verbis adscriptum, an sit initio vel repetitio primæ litteræ cum ϵ , & ex his facillè colliges an sit verbum, vel ex aliquo ipsorum. Modicus usus totum hunc auferet laborem, præsertim si observes quod sequitur.

Secundò, revoca in mentē quomodo formavimus tempora in prima parte, v. g. formatum fuit præteritum plusq. verbi $\alpha\mu\epsilon\lambda\theta\omega$ hoc modo. Mutavimus ω terminationem præsentis in $\epsilon\upsilon$, terminationem plusquam perfecti, unde fuit $\alpha\mu\epsilon\lambda\theta\epsilon\upsilon$. Dein β figurativa muta: a est in ϕ , unde $\alpha\mu\epsilon\lambda\theta\phi\epsilon\upsilon$. Penultima non fuit mutata: initium verò α mutavimus in η , ubi vides $\epsilon\upsilon$ positum fuisse pro ω thematis sive præsentis, & alia similiter. Nunc ergo convertendus est tantum ordo cum velis ad thema redire, & dic $\epsilon\upsilon$ positum fuit pro

ω , dicendum est ergo $\eta\mu\iota\theta\omega$, & positum fuit pro β , ergo dicendum $\eta\mu\iota\theta\omega$. n positum fuit pro α , quod si reponatur in themate fiet $\alpha\mu\iota\theta\omega$, & sic in omnibus verborum temporibus ad thema sive præsens devenies, quod cum in duplici aut triplici lectione actum fuerit, quia semper idem recurrit, nulla supererit difficultas. Hæc etiam disputando petantur, v. g. pro qua termin. ponitur $\epsilon\upsilon$, &c.

¶ *Quomodo possum ex tempore nunc ordinem convertere expendendo verba?*

Hunc quidem ordinem ultrò convertes, ac extemplo dices. Primò, pro qua terminatione fuit alia posita, cum semper sit dicendum quamcumque terminationem positam fuisse pro ω , nam $\sigma\mu\alpha\iota$ & $\alpha\mu\alpha\iota$, $\epsilon\mu\alpha\iota$ & $\eta\mu\iota$ aliaque revocari possunt ac debent ad ω .

Secundò, figurativam, penultimam & initium facile convertes. si tabulas jam traditas accuratè perlegas, aut scribas ordine converso: ita ut cum sic re-

peris, β mutatur in ψ in futuro primo & aoristo primo, v. g. tu è converso dicas aut scribas ψ in temporibus illis positum fuit pro β , idem perage in tabulis penultimarum & initiorum, nihil te certè fugiet, quod ut commodius ineas inceptum accipe e lenchum brevissimum, qui & disputationibus Scholasticorum inserviet.

In temporibus verborum pro qua figurativa ponuntur ψ , ϕ , &c.

¶ Positum fuit pro β , vel ϕ , vel π , vel η in futuro primo, aoristo primo, &c.

¶ Positum fuit in præterito pro β , π , η , vel remansit non mutatum.

X Positum fuit pro figurat. γ , κ , $\kappa\lambda$ in præterito remansit, & sic percurrere omnes figurativas.

Pro qua penultima ponuntur η , α , &c.

H positum fuit pro α , vel ϵ in præterito futuro primo aoristis primis verborum in $\alpha\omega$, $\epsilon\omega$, vel in aoristis primis quorundam verborum ba-

ryt. quod fufius tu describas.

A Positum fuit pro $\alpha\iota$ in futuris & præteritis quibusdam, vel pro ϵ in aoristis secundis quibusdam, &c. & sic alias pete initium η , ϵ , &c. quod aliud innuit, vel ϵ .

H Positum fuit pro α , in verbis sic inceptis.

Ei Positum fuit sæpè pro ϵ .

E Cum repetitione additum fuit initio præteriti sine repetitione, ac solum in imperf. & aorist. indic. &c.

Reliqua sic perficiantur, quod certè præstabimus ipsi, si methodus ista visa fuit utilis, aliaque plura commodissima trademus in radicibus.

¶ *Contrahere brevius hanc methodum?*

Hem tibi rem totam in promptu. Postquam statueris dictionem esse verbum licet quod sit tempus non videas, statim pro terminatione illius pone ω si ve contracta sit termina-

tionem, vel non, nec dubites proferre quidquid barbarum tibi videatur; etenim mutatâ terminatione promptum est reliqua mutare ac observare.

¶ *Da exemplum?*

Detur hoc tempus $\mu\epsilon\phi\iota\kappa\alpha\iota\mu\epsilon\upsilon$, tolle terminationem $\alpha\iota\mu\epsilon\upsilon$, & pone ω , fiet $\mu\epsilon\phi\iota\kappa\alpha\omega$. Tum advertis repetitionem $\mu\epsilon$, quia tenuis μ repetitur pro ϕ in præterito. ac extemplo arguit esse præteritum, atque ita κ figurativam esse præteriti in verbis in $\delta\omega$, $\mu\omega$, $\theta\omega$, $\zeta\omega$, vel σ purum, quæ sumunt σ in futuro & aoristis primis, & κ in præterito. dices ergo tempus istud fluere à verbo $\phi\delta\omega$ $\phi\zeta\omega$, &c. vel $\phi\sigma\omega$, quod statim dignoscas, si radices græcas prælibes, interim quæris & ultimum reperis ac significat gigno vel etiam nascor, sum, &c. jam cum teneas terminationem esse optativi, & primæ personæ plur. agnoscis hoc tempus significare genuissemus vel nati essemus. prout in contextu sermonis sensus feret; sunt tempora multo faciliora

terminatione sublata, sed malui difficilius in exemplum afferre.

¶ *Da exemplum in verbis circumflexis & contraitis?*

Detur hoc tempus *ἐπιτάμεδα*, expendis terminationem, quam vides esse *ομεδα* vel *μεδα* solum, ut liquet ex tabula terminationum utrarumque, quidquid sit pro *ομεδα* vel *μεδα* pro *ο* restat *επι* & initio denotat imperfectum vel aoristum, &c. ut sit, tolli potest & superest *πι*, quod certe vel barytonum erit vel circumflexum: non enim hic dignosci potest cum nullum adhuc habeat accentum: queris ergo vel *πι*, vel *πει*, vel *παι*, vel *παι*, hæc enim sunt omnia verba circumflexa, & reperis *παι*, *πει*, vel *παι*, *παι* acquirō: nam in pluribus verbis terminatio activa non est in usu, ideo in lexicis non ponitur: at nos apponemus. Quod si quis tandem teneat cujus temporis sit terminatio & cujus verbi hujus scilicet

vel illius, nam eadem terminatio in pluribus cernitur, is certè minimè laborabit in perquirendo themate, ut liquido constat.

¶ *Quomoda cognoscantur cujus temporis, & verbi sit terminatio qualibet?*

Si construas tabulam terminationum in verbis circumflexis, & in verbis in *μι*, sicut constructa fuit à nobis in verbis barytonis, ultrò liquebit cui temporis & cui verbo respondeat quælibet terminatio, vel an pluribus.

Si hæc methodus accepta sit, utramque dabimus, necnon anomala in *μι* pariter distributa, quod & quisque potest.

¶ *Quid agendum quando devenitur ad verbum, quæ lexica non ponuntur?*

Addiscenda sunt verba quæ ponuntur cōmuniter à Grammaticis in investigatione thematis. quam ideo sic vocant, ibi enim habes verba antiquata, si tem ea quorum temporis usitata sæpius occurrunt nobis consilium fuit hæ-

omnia verba inserere radicibus, aut copiosum indicem texere, ubi reperiantur, & defectiva quibus sufficiuntur, apponantur, ut cum occurrerit componendum verbum defectivum, aliud hic inveniatur idem


significans; cumque inter explicandū occurreret verbum, servatâ methodo & conversione jam traditâ, quod lexica non dabūt, hic reperiat. Hujus indicis specimē tantū præmitto, reliqua daturus, ut jâ monui.

Verba minus usitata.

ἀράζομαι, vel *ἀράζω* miror.
ἀρω frango, præc. *εακα* per dixer. pro *ηκα*.
έλω tollo.
αισθεω sentio.
αλώ capio.
αμαρτία pecco.
απυλλέω, vel *απύλλω* pereō.
βαίω vado.
βλέω jacio, vel *βλάω*.
γινάω, vel *γίναω* fio.
γνώω cognosco.
δείκω ostendo.
διδράω, vel *δράω* fugio, curro
εθέλω volo.
έλαω impello.
έλευθα, vel *έλθα* venio.
θνάω & *θνέω* morior.
λήβω capio.
λήθω obliviscor.
πίθω, vel *πέθω* cado.
τίκω pario.
είω, *ένεχω*, &c. fero.

Verba defectiva.

άδαμαι idem.
άγνυμι idem.
αιρέω idem.
αισθάνομαι idem.
αίλσκομαι idem.
αίμαρτία idem.
απολλύω idem.
βαίνω, *βήμι* idem.
βάλλω idem.
γίνομαι idem
γινάσκω, *γνᾶμι*.
δεικνύω, *δεικνύμι*.
διδράσκω idem.
εθέλω idem.
ελαίνω idem.
έρχομαι idem.
θνήσκω idem.
καμβάνω idem.
λανθάνω idem.
πίθω cado.
τίκω idem.
φέρω idem.



Et alia innumera, qua nosse opere pretium est, atque minus usitata præmittenda sunt: ut quæ lexica non sufficiunt, hic reperiantur, & citius occurrant, quam si tota investigatio thematis pervolvenda foret.

PARAGRAPHUS.

Exercitatio Grammatica sive Paradigma explicationis?

Idèò græci sermonis explicatio videtur difficillima, primò quia cum accedit aliquis explicaturus, nullum habet discrimen dictionum, sed omnes simul vult percipere.

Secundò, quia non advertit ubi desinat constructio, & plura infumit, vel pauciora quam par sit ad concludendum sensum.

Tertiò, quia nanciscitur locutiones alienas, vel à Latinis, vel à Gallis, in quibus nec sensum statim percipit.

Quartò, quia radices sive primitiva vocabula græca non prælibavit, & nullum introspicit vocabulum, quod lucis aliquid intermittat.

Quintò, quia in vocabulis compositis ex aliis nihil deprehendit, quæ talia prodantur: nam licet teneat præpositiones, mutantur quidem illæ per seipè, ac insuper ex aliis vocabulis fit compositio.

Ex Divo Chrysostomo de Oratione.

Πάντα τὸν χρόνον ταῖς φωναῖς εὐχαῖς, καὶ τῇ τῷ θεῷ εὐχαίᾳ, καὶ τῇ τῷ ζῳίῳ, καὶ τῷ ὑγείᾳ, καὶ τῷ πνεύματι, καὶ τῷ πνεύματι ἀγαθῶν εἶναι μίζοντες τὸ προσεύχεσθαι, καὶ μετὰ κατὰ τὰς, καὶ ἀπὸ φέρου ψυχῆς. * ὁσπερ

τῷ σώματι φῶς ἡλίου: * οὐ τῷ ψυχῇ φως-ευχῆ. * εἰ οὐκ πολλὰ ζημία τὸ μὴ ὄραν τὸν ἥλιον, * πόση ζημία χριστιανῶ τὸ μὴ προσεύχεσθαι οὐκ εὐχῶς; * καὶ διὰ τῆς εὐχῆς τὸ τῷ χριστῷ φῶς εἰς τὴν ψυχὴν εἰσάγειν:

Nos verò, ut explicantem discipulum hoc multiplici labore levaremus. Primò tradidimus terminationes nominum & verborum aliaque singularem partes orationis annotavimus, & in hoc Paradigmatè notulam hæc (nempe virgulam inversâ sub terminatione nominum posuimus, & notulam istâ) nempe virgulam terminationi verborum adjecimus, ut liquebit, quid sit nomen, quid sit verbum pariter ac eorū terminatio. Tum certè arguentur ex facili aliaque partes orationis.

Ut etiam percipiat lector

ubi desinat constructio hæc notulam * collocavimus quâ fiet, ut melius possit attendere locutioni ac inde sensum eruere.

Quodlibet vocabulum expendimus pro methodo jam tradita, & quælibet notamus quasi radices sive primitiva aut derivata, ut lectio conducatur ad ediscendas radices græcas, quæ rectè non possunt aliter planè edificari.

Demum vocabulis compositis inseruimus hæc notam, ut discat lector partes compositionis earumque mutationes, ut sæpè fiunt, præsertim in præpositionibus componentibus, & hæc omnia adminicula inerunt libris græcis, quos ad explicationem accelerandâ typis mandabimus, si opus fuerit.

Explicatio ad verbum.

Omne tēpus orationibus & Dei cultui conuivimus; hoc vitam, hoc sanitatem, & divitias, hoc finem bonorum esse iudicantes preces habere Deo cum pura & incontaminata animi, Quæ admodum enim corpori lux

est Sol; sic animæ oratio. Si igitur cæco pœna est non videre solem; quanta pœna Christiano non orare assidue? Et per orationem Christi lumen in animam inducere?

Πάντα habet terminat. *αἷα*, quæ est nunc accus. sing. nom in *αι*, est ergo nomen, radix est *πᾶς*, *πᾶσα*, *πᾶν*, omnis, omne, ut in adject.

Τὸν articulus est præpositivus in acc. sing hunc habes in cap. de primâ parte orationis designat nomen ejusdem casus.

Χρονον terminatio est *ον* acc. sing. modò à nom. in *ος*: *χρονον* tempus, ut *λογον*, radix est.

Ταῖς est articulus præp. in dat. plur. scem.

Προς - *ευχαις* terminatio

(
est *αις* dat. plur. nunc arguit nom. in *η*: est ergo *προς-ευχην* oratio: nam pro terminatione casus ponenda est terminatio nominativi quem innuit, & *την*. ut *πυλὴν*, comp. ex præp. *πρός* & *εὐχην*, derivatur à ver-

bo *ευχαις* oro, quod est radix.

Καὶ est conjunctio. conjunctiones autem, adverbia, præpositiones, articuli, pronomina etiam facile dignoscuntur, ut diximus, nec his immorandum.

Τῷ articulus dat. sing. scem. & denotat sublequens nomen ejusdem casus; quod in articulo semper observes.

Τῷ articulus est genitivus sing. masc. aut neut. sed in hoc loco masc. ut nomen prodet.

Θεος terminatio est *ος*, quæ ponitur pro *ος* nom. est ergo *θεος* ut *λογος*, radix est.

Δαδρεια terminatio est dat. sing. scem. pro *α* nomen *δαδρεια*, ut *φιλια*, à radice *δαδρεις* servus, genit. *εως*.

Συζωμεν, ωμεν est terminatio

(
quæ cum circumflexa statur innuit verbum circumflexum; licet omnis terminatio non circumflexa tatur in his verbis, sed terminatio est communis verbis in *εω*, *αω* & *οω*, nec subjunctivo & indicativo

ut patebit extemplo in tabula harum terminationū. Utrumque sit, breviori via ponatur *ω* pro *ωμαι* & tollatur *ων*, quod hæc denotat esse partem compositionis, ut supra diximus, nempe præpositionem *ωνν*, erit ergo *ζω*, quod si nescias an sit barytonum aut circumflexum, revolve tecum *ζω*, *ζάω*, *ζίω*, *ζωω*, si prælibaveris radices, recurret menti *ζάω* vivo, quod radix est, sin verò illud reperies, nec non *ζέω* ferveo, sed delectū facies pro ut sensus feret, tum terminatione in facilius expendes, cujus sit numeri, personæ, temporis & modi, &c. & quæ magis sensui convenient feliges quod si utrimque sensus valeat: non erit abs re utroque modo interpretari authorem, sic in reliquis verbis te geres ac in nominibus.

Τῷ pronomem est neutrius generis. Sequentia vocabula terminatio sola, ut notatur in textu manifestat.

Νομιζομεν, ορτες terminatio participii *ων*, *ωντος*, *ορτες* in

plur.

Τὸ *προς εὐχεται*, τὸ articulus neuter præponitur infinitivis, quando loco nominativi aut accusativi ponitur: ea quidem constructio latinorum est etiam, sed articulum non præponunt. Si verò infinitivus ponatur loco dativi, præponitur articulus *τῷ*, si genitivi *τῷ*.

Ὁρτες terminatio est *ων* infinitivi, quæ statim innuit aut certè exhibet terminationem præsentis *αω*. Reliqua ipse expendes, tenendo methodum traditam, & notulas subditas terminationibus observando.

A P P E N D I X de Dialectis.

Dialectos sic statuo distribuere, ut quisque possit separatim cognoscere quomodo loquebantur artici, quomodo Iones, quomodo Æoles, &c. quapropter resumam omnes partes orationis, & dicam quomodo quælibet usurpetur aut fleatur apud Atticos, quæ

modoa pud Iones, Dores, &c. quas mutationes in terminationibus figurativis, penultimis, & incitis faciât, unde fiet, ut eadem in omnibus servata methodus multum juvet in re non parum difficili; mihi nunc fat erit specimen quoddam hujus instituti mei præmittere, quod & alius possit feliciori executioni mandare.

Attici eodem ferè modo usurpant vocabula, ac illi qui communi lingua utuntur, usurpant aliquando in vocabulis in quibus lingua communis habet *ei*. At verbo semper *η* ubi communis habet *σσ*, ut *γλώηα* pro *γλώσσα* lingua, &c.

In articulis dicunt *δδ*, *ττ* pro *δ τδ* vel pro *δδ τδδ*.

In nominibus simplicibus, ex vocativis in *α*, faciunt nominativos, &c. ut *θαμᾶ* pro *θαμᾶς*, & alia mutant, sed non institui cuncta prosequi.

In pronomibus addunt particulam *η*, ut *εηω*, *ηη*, &c.

In verbis pro penultima, in dissyllabis primæ & se-

cundæ conjug. ponunt *σ* in præter. act. ut pro *βέβρεκα*, *βέβροκα*, in verbis in *ισα*, quorum futurum in *ισω* tollunt *σ* in futuro, ut *κατηξω* mundo fut *καθαρω*, *ειρ*, *ει* circumflexum &c.

In participiis mutant terminationes ut in nominibus, quorum instar fluctuantur, & sicut in participiis vocativi sunt similes nominativo communiter, sic atticè in omnibus nominibus, upde varietas hujus casus.

In adverbis pauca mutant, nisi fortè quando componuntur, quod & fit in aliis dictionibus compositis.

In præpositionibus pro *συν* dicunt *ζυν*, & pro *πρὸς* ad, ponunt *εὐς*.

In conjunctionibus gaudent maxime expletivis, quas geminant sæpè, & componunt ex aliis.

In constructione; peculiariter elegantiam construunt dictiones, quam ut deprehendas, explices prius adverbium accuratissimè, nec te moveat, quod statim

nullus videatur lepor vel sensus: nam cum loquendi modum deprehenderis alienum quidem à Latinis, tibi certè sapiet.

Alias dialectos eodem ordine juvabit prosequi? Quomodo scilicet Iones usurpent sua vocabula quoad syllabas & litteras, mox in articulo, nomine, &c. quomodo Dores, quomodo Æoles, vel etiam Corinthii, &c. quomodo præfertim Poëtæ qui Dialectos omnes velut in unam convolvunt.

Hæc præcipuè in dialectis Poëtæ usurpant.

A pro *η* quod doricum est, ut *πάγα* pro *πήγη* fons.

H pro *α* quod Ionicum est, ut *δρη* pro *δρα* vide.

Eυ pro *ε*, quod doricum, ut *φιλευσι* pro *φιλεσι* amant.

X pro *σ*, quod Atticum Doricum, ut *χυν* pro *συν* cum.

Σδ ponitur pro *ζ*, quia continentur in hac duplici littera, ut satis patet. &c.

Pro terminatione *ων* genit. plur. nominum simplicium ponunt *ων*.

Pro terminatione *αις* dat. plur. nom. simpl. ponunt *ος*, & quia addunt *ε* dativis plur. horum nom. Sic *αισι*, sic dicunt *ησι* quoque similiter pro termin. *αις* dicunt *οισι*.

Pro terminatione *ε* genitivi nominum simplicium ponunt *οιο*, quod *απε* fit.

Augmentum verborum five mutationem initii sæpè rejiciunt, quod Ionicum est.

Pro terminationi infinitivi act. ponunt *εμεναι* vel *εμεναι*, vel *εμεν* Apoc. quod Atticum etiam est, ac Doricum.


Verbum desinens in *εω* efferunt per *ειω*, non tamen semper, nam utrisque utuntur Poëtæ ut diximus, quod in reliquis intellige.

Pro terminatione aoristi primi optativi, quæ est *αι*, *μ*, *αις*, *αι*, &c. ponunt *εια*, *ειας*, *εις*, &c. *ειασεν*, *ειασεν* *ειαμεν*, *ειασε*, *ειαν*, quod Æolicum est.

Observatio de verbis in *μ*.

Cum inter explicandum occurrent verba in *μ*, aut

eorum tempora ex terminatione dignoscantur: habent enim quandam ex sequentibus, reliquæ sunt minus usitatæ, vel conveniunt cum barytonis, & eodem modo sunt revocandæ ad thema in *aw*, *ew*, *ow*, vel *uw*, vel demum *ew* subtilitâ reduplicacione, usitationes autem terminationes in verbis in *mi* sunt istæ, *ημι*, *ης*, *ησι*, *ειον*, &c. *εισι*, *ειθι*, *τω*, &c. *εμαι*, vel *εμαι*, *εισθησσαι*, &c. *ημι*, *ης*, *ησι*, *αιον*, &c. *αθι*, *ατω*, &c. *αμαι*, *ασαι*, *αμα*, *ως*, *ωσι*, *οιον*, &c. *οθι*, *οτω*, &c. *ομαι*, *οσαι*, &c. *ην*, *ης*, *η*, &c. *ων*, *ως*, *ω*, &c.



ANNOTATIO in pronuntiationem litterarum.

Quia multiplex sententia distracta nunc est circa genuinam litterarum græcarum pronuntiationem, & multum satis versatur hæc controversia inter recentio-

res græcæ linguæ studiosos, ideo requiritur ab eo qui nunc de græca lingua scribit, quid de hac pronuntiatione censeat. Quapropter hoc mihi negotium incumbere sensi, licet non tam necessarium sit visum ad discendum idioma græcum, & quidem à nobis exoticis tam longo intervallo, vel loci, vel temporis.

Pronuntiationem ergo litterarum quæ sunt usi primores Græci corruptam nunc esse nullus inficiatur: hoc planè asserit Greterus capite primo, vir non solum controversias Grammaticas, verùm & Theologicas apprimè doctus. Ac verò dubium est an sit consultius antiquam revocare, quàm uti corruptâ; ego rationes quasdam partem in utramque proponam. Quod ergo corrupta pronuntiatione destitueda sit hinc certè liquet quod nec sibi constet & pugnantibus loquatur: pronuntiat enim *v* velut *r* in omnibus syllabis; ergo cum venit in cõ-

positionem diphthongi, sonare quoque debet ut *r*, atque adeo eodem modo sonabit ac *ar*: quod tamen non admittitur, cum ipsa corrupta pronuntiatione proferat *av*, quasi ultimum *v* esset u latinum consonum aut *φ*: & in pronomine *αυτος* dicatur *αφτος*: quod verò notatū volunt *v* in diphthongis pronuntiarum velut u consonans, nec id omnes asserunt, nec ullâ ratione probant, nec itidem in diphthongo *ov*, efferunt ultimum *v* quasi esset *v* consonans: non enim dicunt *λορρ* pro *λορv*; quod si tunc sonaret ut *r* dicendum esset *λόροι* pro *λορv*. Sic alia sunt nullâ ratione sibi cohærentia, ut si *β* proferatur velut *v* consonum, syllaba græca *ab* eadē erit ac diphthongus *av* cum in utroque *v* sonet velut *v* latinum cõsonum. Rursus hæc pronuntiatione effert *γ* ante aliud *γ* velut *v*, quod tamen liquet esse absonum: nam si Græci proferunt *γ* ut *v* ante aliud *γ*, profectò cum cõponendum erit verbū quod inci-

piat à *γ*, & addenda sit præpositio *ev*, ultimam illud *v* præpositionis non esset mutatum in *γ*, cum sonum ipsius *v* retineri debeat. At tamen fit passim contrarium: legitur enim, *εγγινομαι*, *εγγυμασ*, &c. componitur ex præp. *ev*; nos ideo de his in tractatu de litteris nihil præmisimus. Idem de aliis consonantibus quæ proferri dicuntur alio modo ac scribuntur, esto iudicium; quod & latinis servatur: dicunt enim *compono*, *commoneo*, *combuo*; quod si non mutent *n*, nec aliter scribunt, ut *conduco*, *confero*, alias consonantes minimè variare sonum, nisi figuram quoque mutent asserit Petrus Antesignanus, cum ait viros apprimè doctos, & græcæ linguæ peritissimos nullam harum consonantium mutationem habere, quapropter & isti deficiunt à corruptâ pronuntiatione, quæ præterea multum confundit litterarum sonos cum diversæ vocales diphthongi sic proferantur,

ut nihil intersit discrimi-
nis, profert enim simili-
ter η, ι, οι, ει, υ, aut
etiam υι & ιυ.

Cur autem retineatur
hæc pronuntiatio rationes
non defunt, nam si quis
Græcos qui nunc Græciam
incolunt velit alloqui is
certè pronuntiationem istam
usurpare debet, & hæc
mente fertur Clenardus,
suas scripsisse institutiones
græcas. Durus videtur in-
super aliquibus eujusdam
diphthongi sonus nempe ε
ante υ, ut ευ, &c. verum
frequens usus hoc emolliet
nec statim ore rotundo pro-
ferri potest, quod vix tum
usurparum est.

Antiqua pronuntiatio
validioribus nititur ratio-
nibus, quas sic breviter ex-
pendo. Multum vocalibus
delectantur græci Oratores,
nec non Poetæ adhuc cul-
tiores; quod certè liquet
ex ipso principio Principis
græcorum Poëtarum, sic
enim incipit Iliada μῆνιν
ἄεισε θεὰ Πηνελόπειαν Ἀχιλλεύου.
Sic autem delectantur vo-
calibus, ut neutiquam mi-

nuant suavitatem idioma-
tis, imò vero ut augeant.
Igitur vocalium accurata
distinctio maximum erit
græcæ linguæ ornâmentum;
& numquid in antiqua pro-
nuntiatione quælibet diph-
thongus sic effertur, ut so-
nus utriusque vocalis retineatur?
Præterea quis est
tantisper etiam versatus in
lectione græca, & quidem
Poëtica, qui non adverte-
rit Poëtæ græcos sæpissime
diphthongos resolvere in
suas vocales? quod si pro-
latio diphthongorum nihil
aut parum retineret de so-
no vocalium, numquid illa
diphthongorum solutio dur-
rior esset quam ut suavissi-
mæ linguæ, tam frequen-
ter adhiberetur etiam ad
ornamentum. Sanè si quis
vellet diphthongorum hanc
Latinam nempe, aut, re-
solvere & dicere aut, quis
ferret tam absurdam prola-
tionem: cum tamen apud
Græcos suaviter audiantur
diphthongus eadem soluta
ut in vocabulo ἄστυς tri-
syllabo pro ἄστυος dissyl-
labo usitato apud omnes
Grammaticos

Grammaticos, quod pro-
bat υ plus retinere sui so-
ni in diphthongis apud
Græcos, quàm υ apud La-
tinos.

Unde verò hæc absurdif-
sima novitas in solutione
diphthongorum hujusmodi
apud Latinos, hinc certè
quod hujusmodi diphthon-
gi Latinæ non satis retineant
sonum vocalium quibus
constant, revera nunquam
Latini Poëtæ eas resolvunt,
& cum Lucretius aut Vir-
gilius noluerunt disjungere
diphthongum æ, minimè
hanc solvunt more Latino,
sed more Græco: & dicunt
aquai, terrai, pictai pro
aquæ, terræ, pictæ sicut
Græci dicunt ποταί pro πο-
ταί. Sed quid est, quod
Virgilius non dixerit pro
pictæ, pictæ solvendo æ
more Latino, quia certè
apud Latinos diphthongus
æ nihil aut parum retinet

de sono vocalis; atque ita
hæc solutio sive diæresis
esset durissima, nihilque ha-
beret congruum nativo di-
phthongi sono, quod apud
Græcos non evenit, cerè
quia sic diphthongos su s
Græci proferunt, ut sonus
utriusque vocalis retineatur,
quod certè fit eodem
perfacili modo quo Latini
suave & suadet proferunt
dissyllaba, & Galli mille,
tienne, &c. alioquin linguæ
suavissima innumeris aspe-
ritatibus esset referta, cum
præsertim apud Poëtæ ad-
huc suaviores passim occur-
rant solutæ diphthongi; &
ubinam esset rotunda illa
loquela Græcorum, hoc
est amenissima Horatiano
carmine celebrata
Græcis ingenium, Græcis de-
(dit ore rotundo
Musa loqui.
Hanc qui velit, antiquæ
pronuntiationi assuescat.

F I N I S.

Accuratior hic libellus mox pro libit, si
fuerit acceptus & utilis,